

tinendi iudicati retractionem, sed ad effectum insinuandi maiorem exorbitantiam prætensionis circa actualitatem & continuationem, ac aquile exercitum jurisdictionis, ac iurum cathedralicorum.

Quarecumq; igitur pertinet ad hunc punctum antique cathedralitatis, in allegatis decisionibus coram Coccino, & Ubaldo, præfertim in prima, quæ est latior d. 353. p. 3. ex n. 20. pleno flattente conclusionem, quod in factis antiquis, historiis & Chronicis defendum est, ex istorum traditionibus sumatur Apostolus Jacobum, dum in Hispaniis est, aemonium in fonte a B-Virgine Maria, adhuc vivente, sibi comparente super quadam columnam, seu pilari matroneo, illam Ecclesiam in eum confringere & confecrare, ejusque servitio unum ex novem discipulis ab ipso conversis Theodorum, nuncupatum, & presbyterum ordinatum destinatis, deputando etiam in difcili, ex B-Petri authoritate, Athanasiom Episcopum Caſtaraujanum, Atquenq; dato Episcopo infertur id Cathedralitatem filius Ecclesie, quæ tunc unica in hac Civitate aterat, ratione conjugi spirituali, quod inter Episcopum & Ecclesiam efficitur, unde postea sponio, opus est supponere sponfam; Huic initio addendo etiam quamplura successiva adminicula, plene deducta in allegatis decisionibus, præfertim in dicitur, 353. part. 5. cum quibus pertransire moderniores cofam Bichio, inter quæ magnifici, residencia SS. Valerii & Brauli, aliorumque Episcoporum apud istam Ecclesiam S. Marie, & plures Chronicæ antiquæ, præfertim antiqui scriptorii Lucii Dextrii, cuius fides etiam a Diu Hieronymo probata est, cum aliis adminiculis resultantibus, a retentione insignium Agni Paschalis cum inscriptione Status Cathedralici, à campana interdicti, a celebrazione dedicationis Ecclesie, à præminentia istorum Canoniconum supra illos SS. Salvatoris, & ab aliis, de quibus in dicitis decisionibus, & latius per Lezzanam in libello super hujusmodi Cathedralitatem professo composto, ac infra occasione examinandi nonnulla ex eis.

Quamvis autem omnia minicula desuper considerata, & sumul unita, cum regula, ut sequitur quæ non profuit & cetera præfertim in antiquis, magnum probationis gradum præfertur, & videtur. Attamen illa recte considerata utroque aquivoca, & bene referitaria, vel ad antiquum statum Ecclesie primitive, quando Christiani sub Gentilium captivitate vivebant, vel ad dictum moderniorem intermedium statum alterius captivitatis Maurorum, verè non concludere videtur id, quod pondanter.

Illi præfertim generaliter ponderando, nullum penitus fundamentum constitutendum est, vel in testibus moderno tempore examinati, vel in Chronicis, quorū fidei decisiones principaliiter inniti videntur, quoniam antiqui scriptorii sequuntur, sit circa primos annos post passionem Domini, dum prefigatus Apostolus, omnium primus ab Herode martyrum patitur ad tempore, quo adhuc B-Petrus in Iudea moratur, postmodum, ab eodem Herode in vincula conseruitur, ex quibus ab Angelō liberatus fuit; Hinc proinde sequitur, nimirum improbabile videbitur, ut circa talia tempora quando neque in ipsam Hierosolymam, vel alibi aliquod materialē Templum sub nomine ipsius Christi Salvatoris construunt, erat, construeretur itid ubi nomine Virginis adhuc viventis.

Stant enim bene simili, quod ille locus, in quo Apostolus dictam apparitionem habuit, haberetur ab illis primis fideli bus in alijs veneratione; & tametsi quod nullum materiale 14 Templum publicè constitutum & consecratum est, codem modo quo in ipsa Hierosolyma, in veneracione per fideli habent loca S. Sepulchri, Passio, & familia, & tamern certum est, quod nullum aderat Templum materialē Christi dicatum. Quoniam ut docet facta legenda inveniuntur S. Crucis in locis Calvarie, & Sepulchri constructa fuerant inianum deorum Templa ad hujusmodi sacram memoriam abolendam. Atque in ipsam Urbe Roma, quam Christo Dominō placuit Christiana Religionis, ac Orbis caput & metropolis constitute, plurimi seculorum spatius ad tempora Constantini, habebant quidem per fideli ves in veneracione loca martyrii, vel respectivo sepulchri SS. Apostolorum Petri & Pauli, five fons olei, & familia, in quibus, vel aliquod sacrum mysterium, vel sanctorum martyrum, aut lepulchrum esset, & in quibus quaque habebatur Ecclesia formalis, id est ipsorum fidelium congregatio cum orationibus, & divinorum celebratione, vel etiam aliqua mansio ad id destinata, nulla tamen aderat Ecclesia materialis, que publice sub nomine Christi, vel B. Virginis, aut Sanctorum dicata, & consecrata esset, dum per gryphas, aliae abscondita locavariabilia iuxta opportunitatem & tempora Misæ celebrabantur, aliaque Divina peragabantur; Prima enim Ecclesia materialis, que publice Christo Domino dicata & consecrata fuerit, juxta sacram legem, quæ in Breviariorum habetur sub die dedicationis Bascilice Lateranensis, est itaque proinde se appellat omnium Ecclesiarum primam matrem, & magistrum. Arque ex tunc ex Constantini decreto

10 editis tempore non suscepimus, secus autem modernis, in quibus affectionis suspicio adepte potest, clarissimè ac indubitanter actuali lite pendere, ut bene hujusmodi conclusionem, etiam allegans declarat Rota in Balneoregiem, Jurifpatronum coram Orthobon, inter suas dec. 224. n. 6. & 253. n. 21. Et seq. & apud Royas dec. 320. n. 17. & in aliis id admittitur in Calaritana primatis, dec. 60. & 92. part. 8. rec. ubi latè & magistrilater de fide præstanda Martyrologiis & chronicis.

Et quamvis magnum constitutur fundimentum in quib; dan chronicis Maximi, Aymonis, & Lucii Dextrii antiquissimorum Scriptorum, quorū præfertim Dextrii men-

to templorum publica constructione sequi caput, ut eadem legenda comprobatur, unde ita capienda sunt illa Ecclesiæ quæ commemoſat Frances post hoc editus in tract. de Ecclesiæ Cathedrals, c. 2.

Alia etiam nimis improbabilitate accedente, quod hoc nomine, seu vocabulum Cathedrals, longè post Ecclesiæ transquillitatem nū haberit cepit, quando parochialibus, aliique inferioribus Ecclesiæ per Civitates & reliqua loca diocesis constructis, contradixit, oportuit illam Ecclesiæ matricem, quæ Episcopi Cathedra erat, & a qua reliqua inferiores tanquam filiales notam recipiunt, cīque subiectiōnem prouferentur, ut latius advertit Frances ubi supra. Unde propter ea improprium est, quod illis primavis temporibus, & antequam B. Petrus in his partibus occidentalibus Sedem constitueret, daretur erectioni Templi materialis sub nomine Virginis adhuc viventis, & cum titulo & juridictione cathedralitatis, ut clare ad finem.

Bene autem in decisionibus præfertim prima 353. p. 5. dicitur, quod dato Episcopo tanquam sponio, dare oportet Ecclesiæ Cathedram, tanquam sponfam ratione conjugii spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam; Sed mihi videbatur facilius confistere in applicatione, cum id procedat quod Ecclesiæ formalem tanquam fidem Congregacionem constitutam ex universo populo fideli totius provincie, vel dicere illi Episcopo assignare; Ipse siquidem B-Petrus, Ecclesiæ universalis caput & Episcopus, fuit etiam ab initio quo ad Urbem accessit Episcopi urbis cum suis adjacenti rege, Prout & reliqui Apololi Episcopi, seu Patriarcha fuerint in sibi distributis regionibus, & provinciis, in quā singulis Civitatibus, vel ex B-Petri permissione, vel a Christi personali concessione, & facultate eius attributa Episcopos depurantur; Et tamen, tam in Urbe, quam alibi non aderant publica Tempa Christianorum, cum contradictione Ecclesiæ Cathedrals tanquam matris & majoris, ut dicta facienda, aliaque facta historia, ac etiam profane docent, quoniam Ecclesiæ vocabulum in ipsa formalis tanquam fidem congregationis verificabile soluit erat. Sive si aliqua aderat occulta materialis, non aderat haec distinctione juriditionalis, seu præminentialis, quoniam alias non Baſilicas Lateranensis constructa per Constantiū sub Pontificatu S. Silvestri esse deberet prima Cathedrals Orbis, sed aliqua ex illis antiquis Ecclesiæ, seu Ediculis, que sub gentilibus, & sacerdotibus perfecte iam prius aderant, cum similibus.

Quo vero ad administrā in dictis decisionibus præfertim prima considerata, obserbavam illa quidem convenire cathedralitatis, cumque comprobare, quando aliud in contrarium non obfaret, sed ex dicti circumstantiis remaneat aquivoca & non concludentia; Plura etenim ex eis, prout sunt retento insignium, festum dedications, campana interdicti, Dignitas capellani majoris, enunciative literarum Apostolicarum, vel alia durante tempore captivitatis, cum similibus revera cathedralitatem denotantes, remanent aquivoca, utpote congrue referribilis ad dictum statum intermedium, & provisionale temporis captivitatis, in quo ut dictum est, ob impedimentum Ecclesiæ S. Sophie Urbi Constantiopolitana, ubi prouinde alia depreffores Ecclesiæ loco Cathedrals deserviunt, cum dicta etiam differenti considerata superius circa residentiam S. Braili, quod feliciter Episcopus, seu Patriarcha Chismaticus cum eius sequacibus longe melioriter habet fidem, seu Ecclesiæ, quam habet Patriarcha Catholicus, seu ejus Vicarius cum Ecclesia Catholica.

Tertium pro meo iudicio fortissimum, ac forte unice sufficiens ad concidentem probationem resulat administrū a nimis improbabilitate, quod dictus Rex Alphonſus Conquistator nuncupatus, atque illius temporis Episcopus Perrus Librana Sanctus reputatus, & veneratus, illique christiani a B. Virginis protectione victoriam & libertatem recognoscentes, & qui spacio 400 annorum & ultra in captivitate Ecclesiæ predictam in unicum refugium & solatium habuerunt cum adeo manifesta ingratiudine, ac etiam delicto positivo, absque Sedis Apostolicę placito, cathedralitatem ab illa Ecclesiæ ad factilegum Saracenum Tēplum transferre voluerunt, id eoque intrat quotidiana propōsito, quod inversim illo speciem haberet faltitatis, sicuti contra velletum captivare non poterat super tanta fide hujusmodi administrū.

Considerabile videbatur solum illud administrū defusum ex antiquo Breviario rursum residentia S. Braili Episcopi apud istam Ecclesiam, ibi, dum in S. Maria Majori suam Sedem situavit, quoniam illa Episcopus rexit Ecclesiæ de tempore dominacionis Gothorum, antequam causis dictæ captivitatis contingenter, & sic inferri non potest ad dictum tempore intermissione provisionale; Plures autem congrue respondentes huic administrū dabuntur. Primo super hujus Breviariorum fide non probante, eodem modo quo supra de chronica Lucii Dextrii dictum est, potissimum quia ut confitit ex Constitutione PII V. super reformationem Breviariorum, frequens erat ab illis hujusmodi Breviariorum apocrypha compendi, pluribus erroribus plena; Secundò quia cum S. Brailus non fuerit primus hujus Ecclesiæ Caſtaraujanæ Episcopus, neque in sua facultate possum est Cathedram transire, seu patet ad ius cathedraliter, sed iudicium illam facultatem in Concilio Toletano sub Rege Bamba, qui fuit ante Maurorum invasionem.

Quintum in idem, ex concessione, quam idem Rex Alphonſus Conquistator fecit huic Ecclesiæ S. Salvatoris de ipsa met

met Ecclesia S. Mariae; Duplex enim adminiculum exinde resultare obserbam, unum scilicet omnimoda invertisimilitudinis, quod vera & antiqua Cathedralis tantu' veneratio & devotionis ira subjective concederetur illi Ecclesia, quae de novo ab impi cultu ad sacram conuersa fuerat. Et alterum deficiens potestatis, unde resultaret delictum ex premissis circumstantiis non prouidendum, quoniam per Secundum Apostolem dicto Conquistatori concessa sunt facultas dispendiendi ex Ecclesiis, quae non essent Cathedrales.

Sextum fortiter, quia ex iuribus per utramque partem bine inde deductis, constat Episcopum Bernardum, qui Ecclesiam recte circa annum 1140. & sic de tempore fatis proximo annorum 22. dicta recuperatione, fuisse fatis devoun ac be-nevolum hujus Ecclesie, in qua de anno 1141. erexit Colle-gium Canonorum Regularium, gravibusque habuit diffensiones cum Capitulo Ecclesie S. Salvatoris, ob ejus conversionem a fratre seculari ad regularem, unde propterea sub Eugenio III. hujusmodi controversia per Congregationem par-ticularum deputatam sponite fuerunt, obiecta etiam a Sede Apostolica hujus Ecclesie, dictique Collegii exemptione a jurisdictione Ordinarii, omnino siquidem probabile est, quod tunc curarit istam Ecclesiam sua Dignitati potius restituiri, dum gressu per Regem ex defectu potestatis ita sufficiat manife-sta invalida sita.

Septimum etiam fortiter, ob translationem Reliquiarum Sanctorum Valerii, Vincentii, & Laurentii, factam circa ea tempora tanquam ad eam Ecclesiam, cui ipsi praefecti SS. Vincentius & Laurentius servierant, & tamen hujusmodi translatio facta fuit ad istam Ecclesiam S. Salvatoris, non ad alteram S. Marie.

Octavum, quoniam et pater ex primo laudo suu latu de anno 1220. etiam in ipso primo faculo, & quando memoria erat recens, graves controversiae super praemissionis, & alii iuribus inter istas Ecclesias, & Capitulo initium habuerunt, per quatuor facula adeo acciter continuitate, unde propterea fatus probabile est, quod ex tunc ob recentem memoriam, ac facilem probationem veritatis hic punctus deducatur, effet in campo.

Et demum in idem conferunt omnia alia adminicula, que difensum sequuntur pondestrant pro exclusione continuationis, seu actualitatis, quoniam ex illis inferunt etiam ad exclusio-nem statutus antiqui iure proprio & primario, & ad solam probationem intermedii statutus provisionalis durante captivitate ut supra, quibus omnibus insimul ponderatur, cum regula, ut singula que non prouidit, mali videbatur majorum probabilitatem hinc parti afflire.

A N N O T . A D D I S C . III. cum duobus seqq.

P Ariter in ista causa ulterior disputatio judicialis habita non est, sed solum pender inspectio politica, seu prudentialis, sicut quod Capitulum S. Salvatoris credens (& qui-tem non improbabilitate) se nimirum gravatum esse, non vult patere, spernente etiam censuras, ac propterea duo in ista causa dignifico videtur extrema virtutio. Unum scilicet ex parte Curie, circa exhortantiam, preferenti circa modum regulandi hanc equitatem, atque non amplecten-ct illud longe melius temperamentum, de quo disc. 5. Et alterum ex parte Capituli super non partitione, & contumacia, que ut in disc. 3. infinitatur, in aliis causis adhibita produxit totum malum. Adhuc tamen referatur in omnibus locis veritati.

Decisiones autem in ista causa edite coram Bichio, ha-bentur inter ejus imperfatas, dec. 640. & 665. quoniam licet ad-sint aliae due, nempe 641. & 666. Attrauen illi sunt super re-curibus, & aliae coram Cerro, ponit incidentes super remissioria dec. 349. part. 12. rec. & super declaratoria dec. 246. & 260. part. 13.

Pro terminatione autem istius scandalosae cause, deputata fuit particularis Congregatio, per quam post varias provisio-nes, quas praxis, docuit non esse practicabiles demum rec-erunt fuit temperamentum a me à multis annis insinuatum, de quo disc. 5. & executioni demandatum.

Et de materia antiqua Cathedralitatis, ejusque continua-tionis, videantur ea, quae habentur infra, disc. 52.

E A D E M .

Posita antiqua Cathedralitate unius Ecclesie, & moderna actuali Cathedralitate alterius, an di-cta antiqua Cathedralitas cessaverit, vel potius continuare censeatur, eaque actualiter existere

in utraque; Et de comprobabilis concursu duarum, vel plurium Ecclesiarum materialium, ac duorum, vel plurium Capitulorum naturaliter, & de facto distinctorum, ad efformandam unam Ecclesiam formalem, vel respectiue unum Capitulum, Et quid concurrente diversa natura, quia unum Capitulum sit secularis, alterum Regulare: Et aliqua de sententia & re judicata, quando la-ta super uno punto capiat alterum, nempe an lata super Cathedralitatem antiqua, firmare dicatur eisdem Cathedralitatis continuationem & actualitatem.

S U M M A R I U M .

- 1 Casus controversia.
- 2 Quod a sola Cathedralitate antiqua disputatum est.
- 3 Qualitas semel impressa & posse presumitur continua-tia, & num. 7.
- 4 Sententia est stricte intelligenda, & in expresso tantum.
- 5 Stant simul item introductam esse super pluribus, & de terminacione effe super uno ex his.
- 6 Rotan profert sententias, nisi pravia disputatione du-bis, & auctoribus editione.
- 7 Declaratur conclusio, de qua n. 3.
- 8 Sententia Rotale declaratur a dictis sententiis.
- 9 Vestigia & reliqua convenientia, qui sunt, non autem ei qui nunc est.
- 10 Una & tandem Ecclesia Cathedralis formalis confusa & representari potest per plures materialies, idemque in pluribus Capitulis.
- 11 Si Cathedralitas transferatur de nova ad unam Ecclesiam non exinde abdicatur ab antiqua.
- 12 Patrona admittere potest non patrum ad participa-tionem Juris patronatus, & quomodo.
- 13 Translatio Cathedrae ab una Ecclesia ad aliam fieri non potest nisi auctoritate Apostolica.
- 14 De administris exclusufris Cathedralitatis.
- 15 Ecclesia Cathedralis per se habet Collegium.
- 16 An Ecclesia Cathedralis possit denuo erigi in Collegia-tam.
- 17 An stant simul aliquis esse Canonicos Cathedralis, illig-ue inservire, & esse exemptos ab Episcopo.
- 18 An duci possit, ut una Ecclesia sit Cathedralis, & recor-gnoscit alteram in superiori, & magistrum.
- 19 An in compromiso inter Ecclesias requiratur Beneplaci-tum Apostolicum.
- 20 In iuribus communibus, & que pluribus competant, po-sessio nonus conservans usus confortior.
- 21 De Ecclesia Cesarea angulane & circularitatem.

D I S C . IV.

S Upere hoc puncto fuit principialis disputatio in Rota, & in utraque Signatura Gratia, & Jutitia. An scilicet pre-supposita antiqua Cathedralitatis Ecclesia S. Mariae, firmata per sententias Coccini, & Pirovani in iudicium transactas, ut in precedentibus, exinde inferetur ad ejus continuationem, & actualitatem, sub dicta re judicata quoque venientem. Hujusque disputationis duae fuerunt partes, una ordinis, an scilicet super hujusmodi actualitate iudicatum est, altera iustitiae, an subsisteret dicta praetenta continuatio, & actualitas.

Quod primam, ex tenore dictarum decisionum Coccini & Pirovani 353. p. 5. & 7. p. 6. ad quarum normam senten-tias emanantur, clarum videbatur, de lola Ecclesiastis antiqua disputationis fuisse, ut in prima in principio i. Dubiari, an constet Ecclesiam del Pilar fuisse antiquis Cathedrales, & sic dubium, ad quod resoluta fuit disputatione, in verbis concernit Cathedralitatem antiquam.

Idemque comprobatur resolutio num. 11. ibi. His tamen non obstat, ut illius fuisse antiquam hujusmodi Cathedralitatem conciderent, probari; Atque cum eodem themate procedunt in tota decisione, praeferimus num. 29. ibi. His ergo firmatis sequitur eadem Ecclesiam fuisse Cathedralem, & num. 68. ibi. adeo ut Jus antiquae hujusmodi Cathedralitatis &c. quod etiam habentur num. 72. 73. 78. 79. & 80. 86. & 96. in fine, ubi plura confiderantur adminicula tanquam vestigia antiquae Cathedralitatis, que absolute supponitur in dictis locis & alibi, translata ad illam S. Salvatoris. Quod etiam clare supponit secunda decisio coram Pirovano 177. part. 6. &

num.

num. 4: ibi pleraque adminicula in decisione D. Deciani conse-ssa ad firmandum quod Ecclesia B. Mariae antiquis fuerit Cathedrales. Idemque agnoscit prima decisio edita super iudicata 21. Junii 1655. coram Bichio in principio, ibi, Beatisima Virgini Maria de Pilar Ecclesiam fuisse antiquis Cathedralem, in eaque primus Sedes Episcopalem dicta Civitatis extitisse, his pronosciavit Rota in sententia de anno 1631. a Coccino, & anno sequenti ab Ubaldo latini.

His tamen non obstantibus in secunda dec. 3. Martii 1656. coram eodem Bichio, & in altera 27. Maii 1658 coram Cerro, firmata fuit hujusmodi sententias determinare quoque continuationem dicta Cathedralitatis ulce ad preterea, ejusque actualitatem, ex regula, quod posset, leuissimas lemel probata presumuntur, quodque a statu preterea inferatur ad praetensem, ex Doctrina Inno. in cap. 2. de ref. spoliis. Natt. consil. 572. n. 18. Honde, consil. 20. num. 12. 1. dec. 237. n. 2. 321. n. 4. & 419. num. 1. p. 1. rec. Ponderando etiam in decisione coram Cerro aliqua verba commissionis, & articulorum datorum ex parte Ecclesie S. Salvatoris, quae ad actualitatem quoque trahi videntur, fei ad eam ex illis in-ferri potest.

Venit circa hoc nullatenus intellectum captivitate potius dicta enim verba commissionis, & articulorum (ultra quod per subintellectum ac remotum argumentum id importare videtur) ubi etiam sufficiat clarissima, considerabat suffragani posse ad probandum, quod causa etiam super auctoritate & continuatione introducatur & penderet, ita si defu-deretur iudicatum, pretendi non posset nullitas ex defectu jurisdictionis. Atque ad hunc effectum verba etiam per argumen-ta & illationes attendenda videntur, ex regula capiendo quicunque intellectum pro submittendo actu ac evitanda nullitate, ad quem etiam effectum recte procedunt dictae de-cisiones ponderationes; Scis autem ut sub sententia veniat id quod in eis verbis non continetur neque unquam disputata fuit.

Sententia enim stricte intelligenda sunt in his, que exprimunt, non autem per illationes, vel subintellectus, & argumenta transducere ad causas non expressas, nisi quod ea quae de jure in finitum iudicato, atque de eis necessaria consequentia veniant, ex collectis per Tiraquili. der. 1. sign. 6. 1. Glos. 9. num. 172. Cravet. consil. 7. numer. 10. Seraph. dec. 452. numer. 7. dec. 667. numer. 1. & 825. numer. 5. Buratt. dec. 788. num. 5.

Stant enim bene simuli, sicut super utraque Cathedralita-tes, antiqua scilicet & moderna introductam eis ac pendere, & tamen unam tantum infectionem disputationem ac declam-e, ut quotidie practicatur in materia praefertim fidicommissaria, quod tota causa super immixtione ad bona in vim fideicommissari concedenda introducatur, & ad quem effectum firmare oporteat fideicommissi existentiam, necnon purifi-cationem, & pertinentiam, ac etiam legitimationem personarum, identitatem bonorum, confumtionem, & non competentiam detractionum, & alia hujusmodi; Si divisa disputationibus per punctos, prius disputatione & firmetur constare de fideicommissio, quod fuerit purificatum, sive constare de filiatione, & descendencia. Non per hoc, quod talis punctus firmatus est, sequitur super alios quoque judicatum esse, ex eo super eos etiam causa penderet, quoniam ex pluribus in iudicium deducatur, etiam sub unica pe-titione, vel funtia, vel impedit, iudicium in parte proferri, referato tacite iudicio in parte omnia ad text. in l. de rebus. ff. de recept. arbitri. cum concord. dec. 13. infine, p. 2. rec. & epis.

Quod si procedit in sententia cuiuscumque Judicis, mul-to magis abe dubio recipiendum venit in sententia latius Tribunali, quod tam ex sylo inventetur, quam ex Conflit-tuio Pauli V. super reformatione Tribunali, non iudicat, neque sententias proferit, nisi pravia formalis dispu-tatione dubius, ac decisione defuerit edita, ad cujus limites sententia proferri debet, ac alias remaneat nulla, ut praefertim firmatur in Barchionen. exceptionis 29. Maii 1655. coram Bouremont, Lodi, & confirmata 18. Aprili 1614. cor. Du-nozero seniori inter f. 35. & 24. Aprilis 1643. cor. Du-nozero juniori inter f. 35. & 24. Aprilis 1644. cor. Orthobono inter f. 35. & 24. Aprilis 1645. & 1. Aprilis 1647. coram Ghislario, & 18. Marci 1652. coram Vero pia, quarum ultima est impresa dec. 224. p. 11. rec.

Non enim ex eo, quod Cathedra transferit in aliquam Ecclesiam que hujusmodi nova prerogativa decetur, ex inde refutat, antiquam Ecclesiam, in qua plus, residet, illa

atque hinc refutabat quo tam divisiones quam informatio-nes erant breviores.

Ad assumptionem vero, quod à praeterto inferatur ad praes-ens, dicebam id continere simplicem juris presumptionem, neque omnino tutam, plurique patientes limitationes & declarationes, ex collectis per Menocli. de presump. 1. 6. cap. 61. & 62. Buratt. ex Alden. dec. 918. Unde propter ea ex hujusmodi tam levi incerta presumptione videbatur nullatenus inferri posse ad inducendum rem iudicatum super eo quod constat non fuisse dilatatum, ex eisdem decisioni-bus, à quibus sententia Rotale declarationem, seu interpretationem recipiunt, ut sopus eadem Rota consulit ac de-clarat.

Quinimo carundem decisionum tenor clare comprebare videtur exclusionem actualitatis, medium quia plures, praeferti dicta 353. part. 5, presupponit translatio Cathedrae; ab ita Ecclesia S. Maria, ad illam S. Salvatoris, quod prius in altera questione praeminentiarum cor. codem Cocino de anni 1626. & 1627. explicitè dictum fuerat, quod lis penderet super antiqua Cathedralitate, quodque hodie absque controversia Capitulum S. Salvatoris efficit folum Capitulum Cathedralis, ut dec. 638. num. 5. apud Poll. de manu. & dec. 111. p. 220. p. 5. recent.

Secundum clarius quia adminicula considerantur, tanquam prioris, & antiquae dignitatis vestigia, a qui terminus excludit actualitatem, quoniam in eo, qui fuit Rex, Episcopus, vel Baro, aut Officialis, cadunt illi termini vestigiorum & reliquiarum antiquae dignitatis, vel officii, non autem in eo, qui a dignitate, vel munere perleverat, & actualiter est talis ad text. in l. 1. secunda mod. de Profecto Pretorio, 1. 2. 1. 1. Cod. de primicerio eodem. l. And. de Batolo. Joannes de Platice & Jacob. Rebiff. in d. leg. 2. Mafrill. de Magistris. l. 4. cap. 13. n. 68. & 72. Apont. de Potestate Proregis titul. de elect. officialem, s. ultimo, n. 19. Rota dec. 70. n. 10. & seg. p. 1. divers. cum aliis in Romana fidei commissari subtit. de fewis ad materiam Bull. & Baronum, dico. 84. ubi de puncto, an Bulla predicta locum habeat post dimissum Baroniam; Unde non omnino improbaribiliter pretendit potius, ob firmatum statutum antiquum cum terminis predictis, praetenti & actuali incongruis, porcius iudicatum effe super dicta actualitate exclusione; Sed quidquid sic de hoc, aliud praetendi non posset nisi quod punctus actualitatis remaneat integer & indeclusus, quodque tam dicta presumptio, quam alia continuationis, & actualitatis adminicula suffragari possent in disputatione deciper libet in illam firmandam, nullatenus vero, quod ex firmatis in uno puncto, inferri posset ad iudicatum super alterum, de quo, neque actum, neque dispu-tatum fuit.

Sententia enim stricte intelligenda sunt in his, que exprimunt, non autem per illationes, vel subintellectus, & argumenta transducere ad causas non expressas, nisi quod ea quae de jure in finitum iudicato, atque de eis necessaria consequentia veniant, ex collectis per Tiraquili. der. 1. sign. 6. 1. Glos. 9. num. 172. Cravet. consil. 7. numer. 10. Seraph. dec. 452. numer. 7. dec. 667. numer. 1. & 825. numer. 5. Buratt. dec. 788. num. 5.

Quoventur ad alteram inspectionem super metritis, omnes decisiones praetiter super rejudicata, ipse scribentes in contrarium, non negabant, tanquam omnino incontrovertibilem dictam Cathedrales translationem post Maurorum expulsiōne ac recuperatam libertatem ad Ecclesiam S. Salvatoris, quae Cathedrales, fēt Metropolitane figuram de facto gesit & gerit abe dubio, sed dicta translationem praedictam non sive omnino abdicatum effet a prima, seu antiqua, & translatione in secundam, seu modernam Ecclesiam, sed quod compatibiliter illud transitum fuerit ad modernam, & tamen remanerit penes primam, iure cuiusdam unionis, seu communionis ejusdem juris in solidum.

Quia non implicat, unam Ecclesiam Cathedralem formam confitit, & repraesentari posse à duabus, vel pluribus Ecclesias materialibus, abe absurdio, seu monstru pluri-mum capitulum in uno corpore, quia formaliter, seu intel-lectualiter unum est caput, seu una solum Cathedra, ita constituta a pluribus Ecclesias materialibus aque concurrentibus in id, & successivè, quod duo, vel plura Capitula ipsa-pur Ecclesiarum materialium unum, & idem formale Capitulum confititur ad text. cum ibi notatis in cap. 1. Nefida vacante, & firmatum fuit in Urcellin. unitatis Capituli coram Pennia inter f. 558. juxta Venetian alias 699. juxta Lugdun. n. 8. & 9. dec. 558. confirmata 18. Aprili 1614. cor. Du-nozero seniori inter f. 35. & 24. Aprilis 1643. cor. Du-nozero juniori inter f. 35. & 24. Aprilis 1644. cor. Orthobono inter f. 35. & 24. Aprilis 1645. & 1. Aprilis 1647. coram Ghislario, & 18. Marci 1652. coram Vero pia, quarum ultima est impresa dec. 224. p. 11. rec.

Atteno praefertim illorum temporum sylo dividendi causam per punctos, juxta exemplum supra datum, in materia fideicommissaria, quod scilicet non dabatur dubium ge-nere, ut ad hanc hodie, an datur sit immixtus, sub quo ca-dunt omnes dicti puncti, fēt disputatione distinguatur per punctos, prima scilicet ac confarre de fideicommissio, quo firmato disputatione alter super legitimatione personarum, & detractionibus &c.

Cards de Luca, Lib. III.

illa destitutam remanente, ob dictum compatibilem concursu jure cuiusdam communionis, seu verius admissionis ad participationem, ut ex Vanei conf. io. num. 4. & Seraph. dec. 1444. num. 7. cum seq. adverterit in dictis decisionibus coram Bichio; An infor corum, qua habemus in iuris patronatu, quod patronus admittere potest non patronum & extraneum ad eam participationem juris praesertim, aliquando rursum iuris patronum, seu honorificorum ex deducis per Greg. & add. dec. 349. & 417. Postquam de manu ob vero, 12z. & alios ut in sua materia, non enim exinde augeret jupatronatus, quod unicunq; est, & individuum refidens panes unam solam perfornam, neque nisi admittit tollitus, & qualitate patronalem ab admittente, sed solum illud exercitum quod primit erat panes unum in solidum, ita refidit panes duos, vel plures, qui licet materialiter plures constituant personas, unam tamen perfornam formalem, seu intellectualem patrum ad dictos effectus efformant, seu representant; Eodem modo, quo ad fideum dignitas de sua natura individuum, ex confertudine praesertim Lombardie, datur plurim perfornatum, imo linearum, seu generum concursum circa exercitum iurisdictionis, & frumentum, seu communitatem, ex deducis in Murinen fideundorum de Ran- gionibus sub tit. de fidei, d. 8. cum similibus.

Ad id autem probandum ponderant eadem cum dicta continuatione. Primo quia omnis Cathedralis de necessitate est Collegiata ad text. in cap. novit. & cap. quantiunde 15, que sunt a Prelato sine confessu Capitulo, Bisignett. dec. 13. num. 3. de prebendis cum concord. per Barbo de Canonice. n. 2. & in eisdem decisionibus coram Bichio, praesertim secunda; Et consequenter si ita remanserit Cathedralis, jam habebat Collegium, ac proprie propterea improripuum est, quod post annos 22. erigeretur in Collegiatam sub Prelato assumpto ex Canonice S. Salvatoris, cum non videtur, ad quod positum hujusmodi erectione facta sit.

Secundo quia inter dicto spatio annorum 22. fuisse dare Cathedralem deficitum Capitulo, & Canonice, qui pernefice, & de natura ut supra sunt in ea presupponendi; Tertio quia si iuxta praesertim theoricam, hujusmodi unio, seu accumulatio non preudicat unitati, ita ut vere, & realiter dicatur una Ecclesia Cathedralis ita constituta ex dubiis materialibus, unumque, & idem ut Capitulum materialiter diversum, seu distributum pro utriusque servitio, hinc sequitur, quod pernefice dare opereretur unam eandemque naturam, cum alias impliceat in adiecto, utrumcum, & idem corpus identificum, ac individuum duas haberet diversas, imo contrarias naturas, quales sunt seculares, & regularis.

Et quartio, quod Ecclesia Cathedralis spona Episcopi, sicutum ob dictam amplissimam nativam professatis exemptionem in illo cognoveret in suum Sponsum, alium nempe suum Priorem habendo in Superiorum Sponsum, & Rectorum, qui omnia implicat, quoniam esset alias dare, vel duo capita in eodem corpore, vel duos viros ejusdem sponse, sive quod illa que est de jure ipsa unus, esset in fructu, & subiectio alterius, cum pluribus similibus inconvenientibus.

Ad vertit hec fortissima, & forte indissolubilia argumenta dantur in decisionibus, praesertim secunda coram Bichio, non nulli responsiones, super quarum sufficiunt, ab initio infinitum motu facinacionis, qua ob causarum affectionem, Advocatorum ingenia labore solent, ac alterum summa reverentib; debite magistrati Tribunalis me referat ad ipsam decisionem Rectorum, fateor tamen mei intellectus, vel imbecillitatem, vel facinacionem, quod illas percipere non poterat; Siquidem quoad erectionem Ecclesie in Collegiam, dicitur illam non impliceat, utpote sequantur ad abundantiorum cautelem, cumulando ipsum titulum explicitum titulo implicito Collegialitatis, jam de natura existenti ob dictam conclusionem, quod omnis Cathedralis pernefice dicitur collegiata; Si enim ista Ecclesia erat jam cathedralis, siquum habebat capitulum cum longiori prerogativa cathedralitatis, non videtur quam probabilitatem haberet ita accumulationi tituli longe inferioris, ac minus digni Collegiate, & quod magis, cum dicta circumstantia omnino diverse, imo contraria nature, ut clare ad sensu.

Clariss concurrentibus tot administris clara convincentibus a dicto anno 1118. circa, cathedralitis possessionem in sola Ecclesia S. Salvatoris, exclusive, seu privative ad alteram.

Potissimum vero, ac principaliter, quia si vera esset hujusmodi accumulativa translatio, ita & taliter quod cathedralis penes utramque refideret, pernefice dari oportet, de cuius alter Prelatus regularis vicariae partes gerat, iuxta decisiones in Montis Regis coram Coccino 157. & 69. p. 1. rec. cum aliis, de quibus Romana Jurisdictionis, seu tituli Cardinalitatis, sub tit. de Jurisdictione 34.

Apostolicæ, ita dicatur compromissum in eum, qui nullam habebat jurisdictionem. Tum quia id adaptabile non videtur Ordinario habenti, nedum nativam ex originarij jurisdictione cum Regularibus ab accidentali solum impedimento privilegiorum suspenso, verum in plenarie eisibus à Sacr. Concil. Trident. & Apostolicis Constitutionibus prescriptis actualiter quoque, unde omnino incompetens, & merè privatus dici non potest, ex iis qua plures habentur in sua materia sub tit. de jurisdictione; Tum clavis quia videtur ita deduci contradictione, dum in decisionibus coram Bichio, ut supra, firmatur subjectio & competencia reipublica quoad concernenta cathedralitatem, ejusque iura, & effectus, cum alias omnino implere unam eandemque Ecclesiam esse cathedralem, & tamen nullatenus recognoscere Episcopum in eius caput, superiorum & sponsorum, & hac ultra presumptionem benefaciari a tam diuturno tempore restulunt.

Non leve quoque observabam refutare administrum, ex eo quod de anno 1318. iam exortæ fuerant, & vertebantur inter eas Ecclesias graves dissensiones, & tamen cum Joannis XXII. Cathedralis Cesaraugustana exeretur in Metropolitani, hoc Ecclesia S. Salvatoris de hujusmodi praeminentia solemniter celebravit, obedientiam a suffraganeis recipit, aliosque actus Metropoliticos gestit, abique co quod dicta altera Ecclesia aliquod imaginabile signum hujusmodi novæ praeminentie dedit; Licet eni; Bulla erectionis loquatur de Ecclesia Cesaraugustana in genere, & sic de loca formali, unde convenire potest utriusque materiali eam constitutum, quatenus hoc opus possit subsisteret. Attamen id videtur magnum administrum hujusmodi praesuppositi destrutivum, cum omnino improbabile sit, quod ex dubiis confitibus ius asqualiter & pro communis habentibus, & inter se simulis, magnam prærogativam postmodum superventum, unus debeat agnoscere & exercere, alter vero omnino negligere,

Exercitum siquidem unius, posito certo jure utriusque, sicut conferat in totum etiam respectu alterius, quando non constet quod a conforte actus geratur in solidum & privatè factus autem isto causa, ex iis que praeferrim habemus in materia iuris patrum, vel jurisperendi cum similibus, sed ubi suis alterius confortis est dubium & controvertitur, tunc hujusmodi non est magnum argumentum.

Prout, & in dicto fortissimum administrum refutate videtur ex hujus Ecclesia Cesaraugustana secularizacione facta per Clementem VIII. de anno 1608. quoniam Ecclesia S. Marie, qui juxta decisiones est una & eadem, adhuc continuavit, & actualiter continuat in statu regulari; Licet enim litera secularizationis loquuntur pariter de Ecclesia Cesaraugustana in genere, unde utriusque dicta secularizatio convenire poset, ut supra, nihilominus intrat eadem responso, de qua proxime quoad ius Metropoliticum, ex duplice nimis clara demonstratione, una iam dicta incompatibilitatis, quod amproprimum esse dictum terminum recognitionis unus ab altera, sed dicti debuit quod omnes aliae Ecclesie ambas in dominis, superioris, matris, & magistris recognoscere.

Agnoentes autem frumentis in contrarium in disputatore habita coram Cerro subrogato ut supra, infibulstantur hujus responsonis, recurrerant ad alteram nullitatis dictorum laudorum, praesertim dicti ultimi acceptati & executi, ex eo quod non adflet beneplacitum Apostolicum juxta dispositionem extrav. ambitu, quam receptum est extendi etiam ad compromissum quod fieri non poterat in Archiepiscopum per hanc Ecclesiam exemptam & Sedis Apostolicam immediata subiectam, & huic responsoni inititudo decimo 10. Decembri 1608. coram Cerro dec. 84. post Bonam. numer. 9. sed pariter ista videbatur minus tua, ob cestantem necessitatem beneplaciti Apostoli, dum agitur de compromiso facto per duas Ecclesias in persona proprii Archiepiscopi, qui alias erat utriusque Judex competens, unde nulla adegit species alienationis ob quam hic actus cadat sub dicta extrav. ut constingit, quando fit compromissum in privatum, seu alias incompetentem, tam de jure quam de facto, ex iis, que proxime & in terminis iurisdictionibus habentur in Aftoren. f. multus iurisditionis sub tit. de iurisdictione, dñe. 7. & generaliter apud Caval. dec. 227. num. 4. & plenus in Pap. manuentionis 12. Martii 1654. coram Peutingerio cum aliis qui in simili habentur in materia compromissi super feuis in Camerino, sub tit. de fidei. dñe. 40. Nil obstante confirmatione deducta in dicta ultima decisione coram Cerro, quod per plenissimum exemptionem hujus Ecclesie a jurisdictione Archiepiscopi, ac subiectione immediatae Sedis Card. de Luca, Lib. III.

Cancellariae officiales in quolibet Pontifice presumuntur; Tum ob certam & distinctam notitiam, quam hic Pontifex de hujusmodi Ecclesiarum controversia habebat, tam pro tempore, quo fuit Advocatus, quam occasione sedendi per plures annos in Rota; ubi iam pendebant, ac etiam occasione Nunciaturae Hispaniarum per eum exercita, & fortius, quia hujusmodi negotium secularizationis plurimum annorum spatio in Curia & Congregatione Conciliariorum ventilatum fuerat, unde erat negotium negotiorum fatigatius discutendum.

Erdenum, magnum administratum resultare videbatur ex contraria observantia facultarium, duplenter concurrente. Primo scilicet ob exercitium & possessionem juriuum Cathedralicorum & metropoliticorum per solam Ecclesiam S. Salvatoris, & secundo ob accrimam literam tamquam substantiam per istam aliam Ecclesiam, ejusque Capitulum super solis praeminentias mere ceremonialibus, neglegit iuribus, & juridictionibus, aliisque emolumentis ex jure cathedralico & metropolitico respectice resultantibus, atque curando cum tot affectatis & mendicatis administris solum subfinire, quod illa antiquus fuerit Cathedralis, quodique de præterito dictam prærogativam habuerit, ut patet ex dicta decisi. 33; part. 5. & 177. part. 6. recent. unde omnibus his simul & unitim consideratis, pro meo iudicio nimis claram videbatur, quod hujusmodi prætensio nullam haberet sententiam, & consequenter decisiones deciper editae non capti- varunt intellectum, id tamen referendo potius ad proprii intellectus imbecillitatem, & fascinationem usq[ue] supra; Ideo que super ista omnibusque alia causis non intendendo date judicium, sed tantum sincere proferre quid sentirem, ita forte magis meas inceptias demonstrando, atque discurrendo pro sola doctrina.

E A D E M .

Posita Cathedralitate plurium Ecclesiarum simul concurrentium ad unam cathedralem reformandam, an una Ecclesia, vel ejus Capitulum prescribere possit privative ad alteram majores prerogativas, ac exercitium juriuum Cathedralicorum, & quidquid Capitulo in utraque existentia, an dari possit, quod Capitulum existens in una dicitur Capitulum utriusque Ecclesie, ita alterum Capitulum existens in altera constitutum solum Collegium inferius, ac diversum à Capitulo Cathedralis, Et quatenus utrumque Capitulum sit eiusdem qualitatis, ita ut unum & idem Capitulum Cathedralis constitutum, ac utriusque Ecclesie, & Capituli respectiva jura sint aequalia. Quo modo eorumdem jurius possesso, & exercitium dividendi debeant, qui melior esset modus hujusmodi controverias terminandi & componendi.

S U M M A R I U M .

1. Casus disputationis.
2. De distinctione juriuum, que sunt Cathedralitati pertinentes & annexa, ejusque consequentia ab aliis diverso jure competentes, ut in iis etiam unum Capitulum possit considerari tamquam duo diversa, & distincta.
3. Decisiones editae in uno dubio sunt presupponenda in disputatione alterius dubii.
4. Sub expresso venit totum id, quod sub eo de jure contingit.
5. Jus individualium, quod habuit residenz panes unum corpus, vel genus, potest in exercitio competere uni, & non aliis de eodem genere.
6. Jus Capituli Sede vacante potest in exercitio competere unum tantum Capitulari.
7. Possesso temporis valde considerabilis est manutenebitur etiam ubi jura reficiuntur.
8. Quando in concordia inter Ecclesias, & super jurisdictione, aliisque iuribus corporalibus requiratur Replacitum Apostolicum.
9. Dari potest in Ecclesia Cathedrali erezione novi Collegii, quod sit quid diversum à Capitulo Cathedrali.
10. Dantur exempla plurium Collegiorum in eadem Ecclesia.
11. Quae sit Ecclesia Cathedralis Urbis, & qui constituerunt hujus Capitulum cathedralis.
12. De modis dividendi exercitium praeminentiarum & ju-

rium cathedralicorum inter duas Ecclesias, & du Capitula.
13. In disputatione desideratur aequalitas, & divisio in equaliter re- scinditur.
14. Quando & ex quibus causis sit supprenendus aliquis Com- venitus, vel status regularis.
15. Expeditur Vames cont. 10. lib. I.

D I S C . V .

C um in vim rei judicata extense ad Cathedralitatem, actuali, niunquam nec disputatum nec decimat, ut dict. præced. relaxata essent littera exequitoriales, amplissime demandantes Capitulo S. Salvatoris admissionem Capituli S. Mariae ad aequalem possessionem & participacionem omnium iurium, juridictionum, & praeminentiarum ratione cathedralitatis, ac iuris metropolitici competenti, ex parte vero dicti Capitulo S. Salvatoris, me & alii ejus Advocatus contulentes, facta est declaratio, ecce prompta parcer mandatis Rotulibus, relevatis iis, que si jure particularium privilegiorum, contractuum, transactionum, sententiarum, & legitima prescriptionis privative competenter. Hinc prætentum fuit per alteram partem hujusmodi declarationem esse capiofam, atque incedentiam, & consumaciam potius continere, proindeque locum eius declaratoria, unde assumpta deciper disputatio sub die 5. Iulii 1660. super dubio. An confitetur de sufficienti parsione, negativa posset resolutio confirmata 10. Decbris eiusdem anni, ut liquet ex decisib[us] deciper editis, coram Cerro impressis post collectiones Bondeni, decisi. 80. & 84.

In hujusmodi autem disputationibus, scribentes pro Ecclesia & Capitulo del Pilar dicebant, & Rota eorum assumpita receperit, quod firmata actuali cathedralitate, exinde de consequenti restabat competency exercitii, & possessionis omnium iurium cathedralitatis antenorum, ejusque consequentiorum, proindeque super eis omnibus præsumendum erat, reservato jure alteri Capitulo agendi super illis iuribus, & jurisdictionibus particularibus, que sibi, & Ecclesiæ ex prescriptione, vel alii titulis privative competente praeterderetur, ut in dictione 5. Iulii in fine.

Cumque ex hac parte doceretur illam Ecclesiam possidere multa bona & iura ex unione factis per Summos Pontifices, seu Regum donationibus, aliisque pli dispositionibus, dicitur in ultima dictione 5. Decbris 1660. s. fin. per Pilares, non praetendi, nisi iura corporalia, & incorporalia quae sunt annexa, commixta, & pendentia à jure cathedrali, & competency sua Capitulo tamquam unico corpori formalis eis constituto. Cetera enim perennies non dependentia à cathedralitate non sunt communia, cum in illis recte dici possint duo Capitula, & due Ecclesie distincte & separatae, juxta decisionem Vercelleni, coram Penia 699. n. 9. confirmatam Danzettum seniore, & juniori, & in Aracena unius, ut in dicto præced.

Ad transactiones vero & sententias arbitramentales dedicas ex parte Capitulo S. Salvatoris, ultra quod dicunt esse exceptions alterius indaginas examinandas postquam paratum fuerit: Respondent transactiones esse personales, sententias autem arbitramentales esse invalidas ex defectu beneficii Apostolici, fine quo in Archiepiscopio aderat defectus jurisdictionis cum illa Ecclesia ejusque Capitulo ratione amplissime exemptionis cum immediata subiectio. Sedi Apostolica; Ad immemorabilem vero per aliquos ex scribentibus pro Ecclesia S. Salvatoris deducunt, responderunt illam ex continua lite, & contradictionibus interruptam, seu impeditam fuisse, ex qua causa celsavit etiam observantia, sine qua lapsus temporis nullius est operationis circa prelumentem beneplaciti Apostolici, vel in transactionibus, vel in compromisio requiredi.

Scribens autem pro Capitulo S. Salvatoris, præsupposita etiam, tam antiqua, quam actuali qualitate cathedralica, & metropolitica in utraque Ecclesiam firmate per precedentes decisiones, quas juxta receptum stylum in disputationibus super novo & diverso dubio impugnare non licet, sed presupponete oportet; In Congregibus deciper habitus dicebam, duas efformandas esse inspectiones, seu duos punctos assumi debet. Primo, potest quod Capitulum Platensis dici potest etiam Capitulum Cathedralis circa concupis & participationem juriuum cathedralicorum habiti, adiuge tamen recte dari potest quod exercitum uni & non alteri parti ejusdem Capitulo ex prescriptione aliquis titulus competet. Et secundo potest quod neganda esset in dicto Capitulo S. Mariae hujusmodi qualitas, quodque potius illud dicendum esset

Pars II. De Praeminentiis, &c. Disc. V.

est Collegeum regulare diversum à Capitulum Cathedralis, quod respectu utriusque Ecclesie materialis seu unica formalis constitueretur solum à Dignitatibus & Canonicis enunciatis in bulla secularizationis residentibus apud Ecclesiam S. Salvatoris, qui proinde dicendi etiam essent Canonici S. Marie considerata tamquam Cathedralis, vel Metropoliticae.

